

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Explicantur supradicta & confirmantur magis. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](#)

CAPVT QVINTVM.

Explicitur supradicta & confirmantur magis.

¶4. **Q**uare primò, an omnia simul reuelauerit Deus S Ignatio, quæ illi circa Institutum Societatis reuelauit?

*R*espondeo. Non omnia simul Deum illi reuelasse quendam enim ei reuelauit Manresa, primo anno suæ Conversionis, vii supra dictum est cap. I. Et ipse S. P. Ignatius hoc ipsum expressè dixit P. Ludouico Consalvo, & ab eo notatum est in Diario supra citato, cap. I. numero 2.

Potesta dum S. Pater Constitutiones scriberet, alia ei reuelauit Deus, vii ipsomet S. Pater post narratam dicto Patri Gonsaluo vitam suā, dixit, & in libello suorum luminum ac visuorum à se scripto ostendit & legit eidem P. Gonsaluo, quod ipsem P. Gonsalvus in vita S. Ignatij à se scripta, in eius fine narrat. Hoc autem nil derogat, & excellenti & certitudini Reuelationum S. Ignatij, & præstantiae nostri Institutum quia, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Dei, Spiritus reuelans etiam qua humana saluti congruant, instruit quidem non de omnibus omnibus neque cuncta simul. Id pater in Prophetis & in Apostolis. Nam & Instituta legis veteris Deus non omnia simul reuelauit Moysi, vt patet ex 4 vltimis libris eius. Solum Leuiticum diuersis diebus dictatum ei à Deo pater & Decalogus datus est in monte Syria, & præcepta autem Leuiticii in tabernaculo recens fabricato data sunt. d.

Nec Prophetis maioribus & minoribus omnibus veritatis simul patefecit, vt patet ex lectio- ne librorum ab ipsis scriptorum. Et quod magis est, nec ipsam doctrinam Euangelicam, quod ad omnia dogmata fidei Christus per seipsum reuelauit simul, sed quædam post suam ascensionem Apostolis per Spiritum S. reuelanda prædictis, vt bene obseruauit S. Gregorius Nazianzenus, & alii Patres. Hinc factum est, vt post Resurrectionem Christi, ignorant Regnum Christi, non forte temporale, sed Spirituale & Cœleste, vt notavit S. Iustinus Martyr in expli- catione Quæstionum. Imò quod mirabilius est, ipse S. Petrus Apostolus, Christi Vicarius & Celsi Ecclesiæ caput, etiam post acceptum iam Spi- ritu S. de ritum S. Act. 2. adhuc ignorabat veterem legem, non secundum corticem literar, tunc esse fer- uandam, sed secundum Spiritualem significatio- nem, vt obseruarunt Origenes & Didymus. Ideo cum Act. 2. videlicet vas quoddam de Celo in terram demissum plenum omnibus quadrupedibus & serpentibus terra, & volatilibus Celi, iussu qd, esset à Deo manducare, ait: Absit Domine, quia nungquam man- duans omne commune & immundum. Meminerat

enim veritatem esse animantium immundarum manductionem. Assueverat enim Christo pre- sente, cum aliis Apostolis Iudaicè vivere, vt scribit S. Cyrillus l. 10. in Ioan. c. 41.

Quocirca hinc potius certitudo & authoritas Reuelationum S. Ignatij ac nostri Institutum magis cognosci potest, quod eo modo proce- ferit cum S. Ignatio Deus, non reuelando ei sim- mul omnia, quemadmodum processit cū Moy- se, Propheti & Apostolis, fundando & insti- tuendo nouam, & veterem legem, & reuelando Ecclesia suæ non simul sed successiue do- gma fidei, & motum ac ceremoniarum ad cultum Dei spectantium, imo iporum Sacra- mentorum, quæ non simul instituit ac reuela- uit, quamvis sint magis necessaria omnibus Fi- delibus ad salutem, quam Institutum Societatis.

Quin etiam, vt scribit S. Dionysius, dum su- perioris Hierarchiæ Angeli illuminant inferio- res, non simul omnia, sed per partes infundunt illustrationes, superioribus Diuinitus priuum infusas, quas ait primù extitisse in superiori- bus Hierarchiis. Quod adhuc clarius dixerat cap. 7. idque ex Scriptura probat ex Iaia, c. 63, vt etiam asserit S. Thomas, docens eosdem An- gelos, quibus Deus aliqua reuelauit, quædam a. 4. ad 3. Et principio sue Creationis cognouisse, quædam vero post 2. 2. q. 1. a. modum, secundum quod eorum officiis congruit edo. 7. ad 1. sed ceri. Idem fecit & cum S. Ignatio eandem ob

clarus r. causam, p. q. 57. a. 55. in corp. & ad.

Queres secundò, cur S. Ignatius deliberaturus adi- cum Sociis & deliberans de Instituto Societa- tis Romæ, non manifestauit Sociis suis, quas de illo habuit reuelationes, sed multò post?

*R*espondeo, id eum fecisse quatuor ob causas. Primò, ob humilitatem & modestiam, quæ sine necessitate non permittit talia dona aliis mani- festare. Secundò, quia non erat necessitas autho- ritate reuelationum suarum, socios adducere ad statuenda ea, quæ certò sciebat statutum iri per ordinaria media, maturarum deliberatio- num & consiliorum. Sciebat enim Dei morem, qui res à se occulte statutas, soler ad effectum perducere, etiamq; desint humana media, imò quamvis obstant multa humana impedimenta, vt patet in progressu & incrementis Hierar- chie Ecclesiastice, tum tempore veteris legis, tum tempore Christi & Apostolorum, tum suc- cedentibus saeculis Apostolorum tempora. Ter- tiò, voluit hac in re imitari Apostolos, qui vt capite præcedenti vidimus, fundates post Christi Ascensionem, nouam ejus Ecclesiam, non obtrudendo suas Reuelationes, sed cum aliis consultando & deliberando, statuerunt quæ essent facienda, quæ vitanda. Quartò, quia voluit S. Ignatius iuxta Diuinæ & humanæ prudentiæ dictamina fundare Societatem quam facilimè & quam solidissimè poterat: cum autem expe- riencia omnium sæculorum doceat, facilius recipi leges multorum consilio adhibito institu-

tas,

tas, & retineri ac seruari firmius, ideoque ipsi Romani Pontifices, eti per se pro tota Ecclesia, & Episcopi pro tota Diocesi, possint multa instituere, nolunt tamen sine præmissis consultationibus & deliberationibus priuatis, & quādoque nonnisi per Concilia Generalia & Provincialia & Diocesana multa statuere; ita & S.P.Ignatius, vti admirandâ prudentiâ prædictus, lecitus est morem aliorum Superiorum Ecclesiæ & Sanctorum, ut faciliter reciperentur ab omnibus, & feruarentur leges & statuta, non suo tantum, sed etiam aliorum Patrum, sanctitate, doctrinâ & experientiâ insignium iudicio constituta.

87. Hoc spiritu duxus S.Samuel Propheta, eti Deo revelante sciret, sibi in regimine populi

a. Reg. 9. successorum Sauli, eumque iussus esset à Deo, a.

16. vngere tanquam Duxem futurum populi Israël, & die

sequenti illum vnxisset hoc fine, & finem vnu-

b. i. Reg. 10.1.19. cionis Sauli patefecisset, b. tamen postea cum

populus vrgereret noui Regis inaugurationem,

S.Samuel, quamvis haberet ex Divina Reuelatione Regem nominatum, & iam à se iussu Dei

vñctum in Regem, nihilominus occulta hac

reuelatione, ac si nihil prorsus sciret, processit

humano more ac suavi, iussisque, ut iohannes per sor-

tes cōram Dōmino in Mispah aetas, Regem,

quem petebant, eligerent. Et ita fecerunt. Nam

iactis fortibus, nominatus est Saul, & acclama-

tus Rex; c. & quamvis publico aplausu popu-

li, tanquam Rex suscep̄tus esset, postea tamen

iterum eius Electio in Regem renouata est, &

quasi confirmata publice in Galgala, d. verum-

tamen nec tunc, nec alias S.Samuel vñllam men-

tionem fecit, facte sibi de Saulis regimine Re-

uelationis. Quin & ipse Saul sciens mentem S.

Samuelis, de hac re oculanda, ne quidem Pa-

triuo suo, sciebant quid ei Samuel dixisset, hanc

rem manifestauit, e. Causam bonā huius silen-

tij adfert Iosephus, ne ea res vel credita inuidiam,

vel non credita vanitatis opinionem ei contraheret. Et

hæc ipsa causa erat sufficiens, ut in hoc puncto

S.Ignatius non patetaceret sociis, qua Diuini-

tus cognoverat. Quamvis enim amaretur &

magni fieret à sociis, tamen quia sciebat verum

esse quod scribit S.Ambrosius, pronam esse qua-

dam cupiditate peccandi humana carnis & menuis

fragilitatem, & inextricabilis virtus implicari, &

memor erat, quam male accepta fuerint à Fra-

tribus & à Patre, immissa Divinitus S.Ioseph

somnia, eti ab eo sat modeſtè relata, prudenter

occultauit Cælestes notitias, tutius ac consultius

arbitratus silentium (vni loco citato scribit Iose-

phus de electione Saulis) reputans humana natura

infirmitatem, quod nemo constans in amore, sed

etiam si manifesto Diuino suffragio felicitas contingat,

tamen alios sibi preferri inique & inuidè ferat.

88. Quares tertio, cum supra dictum sit cap.3.

In Corollario 3. Institutum Societatis esse S.Ignat-

io reuelatum & confirmatum non per Ange-

los, vt SS.Pachomio & Posthumio, sed per SS. Trinitatis Personas, meritò dubitari posse videatur, an hoc sit ad literam, ut verba sonant, intellegendum, an verò quod id Deus revelauit ministerio Angelorum, quandoquidem & SS. PP. & præstantes Theologi, inter quos & Soarez & Vaquez, docent omnes apparitiones, quæ Deo adscribuntur in lege veteri, factas esse non immediatè per Deum, sed per Angelos in assumptis ad tempus corporibus apparentes.

Respondeo, certissimum esse aliquas apparitiones in lege veteri Deo adscriptas, factas esse non immediatè per Deum, sed Angelorum ministerio, in personâ Dei temporâ assumptâ apparentia, quia sacra Scriptura hoc manifeste docet.

Nam is qui luciferus est cum Iacob Patriarcha, quamvis appelletur Deus, & ipse Iacob, qui cum eo luciferus est, Deo dixerit, vidi Deum facie ad faciem; tamen apud Oseam iste Lucifer appellatur Angelus; sic etiam is, qui apparuit

Ex.3.2. appellatur Dominus, vti & is, qui apparuit

tunc, vers.4. vocat se Deum Patris eius, & Deū Abraham, Isaac & Jacob, vers.6. tam en. S. Ste-

phanus Act. 7.38.31. appellat eum Angelum. Si-

militer is qui Exo.20. Moysi dedit legem, hoc

est, præcepta Decalogi, ab eodem S. Stephano

vocatur Angelus: imò non vñus, sed plures, vers.

62. quam pluralitatem Angelorum, per quam

Moysi lex est tradita, confirmat etiam Aposto-

lus: atque ita nisi didicissemus ex posterioribus

locis Scripturaræ, illum qui apparuit Iacob Pa-

triarchæ & Moysi, fuisse Angelum, non habe-

remus vñlum sufficiens argumentum, ad cre-

dendum illas apparitiones non fuisse factas im-

mediatè per Deum, sed in ministerio Angelorum,

cum autem in apparitionibus S.Ignatij, nullam

ne minimam quidem coniecturam legamus in

libris & scriptis, eius gesta & Dei dona conti-

nentibus, quæ vel ad speciem innuant ab Ange-

lis cum didicisse res nostri Instituti, & ex altera

parte, ipse qui erat summè circumspectus in lo-

quendo & scribendo, præseruit de suis rebus,

manifeste scriptum reliquerit & orationis di-

xerit, res Instituti Societatis sibi à Divinis Per-

sonis esse reuelatas & confirmatas; & hoc ita

intellexerint eius Familiares & intimi, & illi

quibus hoc ipse narrat, certò credendum

est, non ministerio Angelorum, sed immediatè

per ipsum Deum, reuelatas esse illæ res Institu-

ti nostri.

Queres quartò, cum maius fuerit Mysterium

Incarnationis Verbi, quam substantiali Socie-

tatis, & tamen sciamus ex Euangeliō, ministerio

Angelico hoc reuelatum fuisse B.V. Maria;

non per ipsum Deum immediatè, multò magis cre-

dendum est, non immediatè per Deum ipsum

reuelatas esse S.Ignatio res Instituti Societatis,

sed per Angelum vñnum vel plures: a loquin-

qnoad Reuelationis modum, præstantios esse

Institu-

Institutum Societatis quam Incarnationis Mysterium per Angelum reuelatum, quod eslet magnum absurdum.

91. *Respondet*, falsum esse solo ministerio Angelico reuelatum esse B. Virginis Mysterium Incarnationis: quia ut bene probat Soarez, B. Virginis in prima eius sanctificatione, adhuc ante eius Natuitatem fuerunt omnes virtutes infusæ, & fides ac explicita & distincta cognitio preci-porum fidei misteriorum, nimirum SS. Trinitatis & Verbi Incarnationis saltē quoad substantiam eorum, & si non quoad omnes circumstantias: quæ infusæ virtutum cum à solo Deo fiat, & fieri non possit ab Angelis, non dicit ab eis mysterium Incarnationis, sed immediate ab ipso Deo, imò ut paulo antè vidimus, nec ipsi Angeli sciebant perfectè omnia ad Christi Incarnationem spectantia, imò ne quidem ipse Gabriel, ut ait benè S. Bernardus. Tantum ergo à Gabriele didicit, quod eslet futura Mater Verbi Incarnandi, operâ S. Spiritus non humana, cum antea sciret, idque ex immediata reuelatione Dei, & ex lectio Scripturarum, verbum Incarnatum iri in Virgine. Cum autem hæc circumstantia B. Virginis potuerit representari per naturales speciesphantasmatum virtute Angelicæ, ideo per Angelum hæc circumstantia eius Personæ tenetela fuit, non tamen totaliter quoad omnia. Nē post legationem Gabrieли per verba sensibilia B. Virginis expositam, & auditu ab ea perceptam, formatæ sunt virtute naturali, species in eius Phantasia, legationem representantes, per quas imaginationis species, representantes intellectui agenti B. Virginis, ab eo, in intellectu possibili, naturaliter coordinatae sunt species intelligibiles representantes quādam hominis conceptionem & natuitatem, nō ordinario modo subsecutæ, & tunc immediate Diuinæ virtutē, per lumen supernaturale infusum (quod Angelus creare non potest) elevatus est intellectus possibilis Mariæ, & adiutus, ut perfectissimè (quantum per fidei cognitionem fieri poterat) per actum vitalem cognitionis ab ea productum, plenè cognosceret totum Incarnationis Mysterium, & modum, quo à Spiritu S. immediate, sine viri operâ, per eam perficiendum erat, eique assentiretur. Atque ita ante Christum à se conceptum, habuit intellectuam Reuelationem à solo Deo, de Incarnationis Mysterio, non verò ab Angelo, cuius ministerio, tantum verba ab eo prolatæ, per B. Virginis auditum, percepta sunt, & phantasmata representantia illa verba, certo modo mota, seu disposita sunt, eo prorsus modo (quoad Entitatem suam,) quo per motum localem, sive spirituum animalium, sive humorum, sive fluidarum partium celebri, solent in nobis mouēti, quando ab Angelis illuminamur. Ideo autem voluit adhibere Deus, in hoc negotio ministerium Angelii, tum ut legatio de reparatione

tum Angelicæ & humanæ, à primo homine per Angelum malum in magnas calamitates detrusæ, cum maiori solennitate fieret, & perficeretur per bonum Angelum in forma humana (vt docent SS. Patres) apparet, tum ut imaginatio Virginis per sensibilia verba dicta à bono Angelo, adiungetur, faciliusque posset cooperari ad intellectualem conceptionem & apprehensionem Mysterij Incarnationis, quod licet auribus Virginis annuntiatum sit ab Angelo, tamen intellectui Virginis, non per Angelum, sed per solum Deum est reuelatum, iuxta doctrinam S. Thomæ, quia supernaturali lumine indito à solo Deo, & immediate intellectui B. Virginis representatum, & ab ea creditum habitu fidei, antea ei à solo Deo infuso, & per liberum consensum ad futuram Maternitatem ab ea acceptatum. Qui actus intellectualis fidei, & liberi consensus voluntatis, à solo Deo (vti & nobis contingit) à nullo autem Angelo immediate dependebant, ac ad quos Deus solus concurredit, & tanquam causa prima vniuersalis & Author naturæ, concurrens ad omnes actus vitales intellectus & voluntatis, & tanquam Author gratiæ, producens in intellectu Virginis supernaturalem illuminationem, per quam complevit vim naturalem intellectus eius, & intellectum elevavit, tum ad cognoscendum planè hoc Mysterium, tum ad ei assentiendum, & mouit auxilio actuali gratiæ efficacis, eius voluntatem illâ illuminatione excitatam, & adiutam, ad liberum consensum, circa Maternitatem sibi ab Angelo annuntiatam. Quia de re vi-deri potest Soarez, & à nullo bono Theologo id negari potest. Hinc appetat, non esse præ-

95.

3. p. q. 30. 2.

3. ad 1.

96. 3. p. q. 30. 2.
Institutum, quād fuerit reuelatum B. Virginis d. 9. f. 2.
Incarnationis Mysterium: tum quia & illi non prope finitum, ab Angelo sed à Deo solo immediate reuelatum fuit, eo modo quo dixi supra: tum quia immediata Reuelatio Incarnationis fuit ob maiestatem tanti Mysterij, per altissimum intellectuam Reuelationis gradum facta in Virginem: tum quia cum maiori solennitate, hæc Reuelatio & legatio ac Annuntiatio Incarnationis in Resp. ad quæf. 4.

fuit perfecta, exhibito nimirum ministerio Angelico, tum extrinseco, dum mouit phantasma Virginis, in eius imaginatione representantia, verbis propositam Dei legationem. Quæ omnia S. Ignatio contigisse non scimus, scimus autem ex Theologica doctrinâ S. Augustini & S. Thomæ, perfectiorem esse Reuelationem, qua sit non tantum per intellectum, Th. 2. 2. q. 174. a. 2. sed etiam simul per imaginationem ceteris partibus, non vniuersaliter, & sine limitatione, ut infra cum Sancto Thoma dicam numero 118. 141.

Queres quidem, cum in veteri lege, & in noua, omnes apparitiones Divinarum Personarum factæ

97. Aug. 1. 12. Gen. c. 9.

98. Th. 2. 2. q. 174. a. 2.

99. ad 1.

facta dicantur Angelorum ministerio à grauibus Theologis, Soario, Vasquez & aliis qui hoc confirmant testimonio SS. Patrum & antiquorum Theologorum, nimis præsumptuose & siue fundamento videtur aucter, non per Angelos, sed per ipsas Divinas Personas. S. Ignatio fuisse reuelatas res nostri Instituti.

100. *Respondeo primò*, eti nunc communior sententia sic Recentiorum, Deum in lege veteri & nouâ, non per se sed per Angelos in assumptâ formâ corporeâ, vel alio signo sensibili, varia prophetis reuelasse, tamen contrarium docent etiam teste Vasquez dissentiente, Eusebius, Chrysostomus, Theophylactus & Oecumenius. Quibus addendi sunt etiam alij, à Vasquez non citati, S. Clemens, S. Iraneus, Origenes, Tertullianus, S. Iustinus Martyr, S. Cyrilus Hierosolimitanus, S. Nazianzenus, S. Basilus, S. Cyprianus, S. Hilarius, S. Ambrosius, S. Athanasius, S. Augustinus, S. Chrysostomus, Cœcilius Snyrenensis sub Iulio, apud Nicephorot & Socratem, Sozomenus. Quibus accedit Ruperus, Salianus, S. Hieronymus, S. Gregorius, S. Bernardus, B. Laurentius Iustinianus, Turrecremata in Prologo Reuel. S. Brigitæ, Delrius, Eugubinæ & Oleaster, Franciscus Picus, Thyræus, Clitouæ. Quocirca nō est certum omnino, quod

initio Quæstori assertur, fere enim semper talia dicta generalia, habent suas exceptiones. Saltem apparuit quam Jacob habuit, Gen. 18.12 cum vidit Angelos in scala, & Dominum scalæ innimum, indicat Deum ut diuersus est ab Angelis, & l. cont. apparet Iacob: & Daniel, Dan. 7.9.10. & Isa. 6.1.2. non possunt de Angelis intelligi, sed de Deo, ut est quid diuersum ab Angelis, qui tunc cum eo visi fuerunt. Sic Dominus Exo. 32.33.34. alloquitur Moysem, promittens ei Angelum à se mittendum, eos præcessurum. Et hoc clarè indicat modus perfectior, quo interdum Moyses vidit Deum, non vero sic alij Prophetæ. Nu. 12.6.7.8. Et Michæas Propheta ait 3. Reg. 12.21. *Vi-* domini super solium suum, & omnem Exercitum Cœli assidentem ei. Ergo is, qui sedet super solium suum, non erat Angelus, sicut Exercitus Cœli, ex omnibus Angelis constitutus, ei assisterat. Falsum ergo est, Deum semper in veteri lege, per Angelos apparet, nam & per se, ut vidimus, apparet læpe.

102. *Respondeo secundò*, Reuelationes S. Ignatio factas, de quibus h̄c dispergo, esse diuersum quid de Spiritu. Scilicet ab apparitionibus per Angelos factis, supra cōmemoratis; haec enim extrinsecæ erant, & liebant his qui in his res corporeas sensibus perceptibiles, virtute naturali formatas ab Angelis, per quas extra essent. Parte corpora Personarum, ab his illuminatarum proposita & sp. S. ponebant varias doctrinas hominibus, missi à Deo. Nos autem hic dispergimus de internis Reuelationibus intellectui S. Ignati representatis, non de Reuelationibus factis extrinsecè, ad agnoscendas res nostri Instituti: quia nulli in-

dicium habemus, quidquam ei esse de rebus. In*cap. 1.16.* instituti reuelatum per extrinsecas Angelorum *l. con-* apparitiones. Quocirca, eti certissimum est, Ademant, omnes apparitiones extrinsecas Dei, in lege veteri & nouâ, factas fuisse ministerio Angelorum, nihil obesse nostræ assertioni, qui loqui Tim. 1.10. mur de internis Reuelationibus S. Ignatio fa. 14.8. Quis per locutiones internas Dei ad illum. Tales b. 7.2d autem internas locutiones & Reuelationes, *pop. col.* semper esse facta Angelorum ministerio, falsum. *eth. 4.14.* simum est has ob causas.

103. *Primi*, quia Deus reuelauit Adæ, idque di stincte, & explicitè mysteria SS. Trinitatis, & Gen. coll. Incarnationis vti docent post SS. Patres citatos eth. 4.14. & Soario, l. 1. in 1. pat. d. 11. l. 12. S. Thomas, *7.8. col. 4.* p. q. 1. a. 3. ad 5. & Clarius 2.2. q. 2. a. 7. quod quidec. *l. 1. in Gen.* factum est per lumen Propheticum, seu habi- *col. 4.1.* tum fidei à Deo immediate infusum, quod certe in Cœlum est, Angelos producere non posse in hu- *4. cont.* mano intellectu. Vide Vasquez to. 1. in 1. padip. *l. 1. apd.* 215. c. 1. & Abulensem. q. 355. in c. 12. Gen. *l. 1. apd.*

104. *Secundò*, quia & Moyse & Davidi multa Deus, Nicop. 1.3. reuelauit de Christi Incarnatione, Passione & c. 1. & aliis rebus per reuelationem supernaturalis & inutili- *l. 1. in Gen.* ligibili veritatis, in visione, intellectuali, sine imagina- *3.9. & Gen.* ria visione, vt docet S. Thomas. Angeli autem nō *l. 1. apd.* revelant Divina mysteria, nisi per motum Phâ- *Rup. 1.6. de tasmatam, quæ sunt Essentialia in visione ima-* *vide Ver-* *ginariæ*; vt docet S. Thomas, & ibi Commentato- *c. 1. apd.* *re*res, cum Vasquez. Atque ita Davidi imme- *l. 1. apd.* diate non per Angelos reuelata esse mysteria, *Hier. pat.* nostra fidei, docet Celsidorus, Adrian, Papa I, in II. & u Lyranus, Matthias Thorngus, Lorinus.

105. *Tertiù*, quia etiam Salomon Sapientiam & c. 11. Co cognitionem certam multarum humana rerum, & Diuinarum rerum, ab ipso Deo immediate *l. 1. in Gen.* intus accepit, idque sine ministerio Angelorum. Quia, vt docet S. Thomas, 2.2. q. 173. a. 2. & de vita filii 1.2. q. 113. a. 3. ad 2. accepit eam per species Diu- *l. 1. in Gen.* nitus infusas, non per sensum acquisitas, circa & de qua soles, Angeli habent naturalem potestatē *l. 1. in Gen.* obedire, illuminandi homines, vt docent Theologi cum *l. 1. in Gen.* S. Thoma loco paulo ante citato, & cap. se- *l. 1. in Gen.* quenti videbimus, Angelos id ne quidem per *l. 1. in Gen.* supernaturalem virtutem posse præstare.

106. *Quarto*, quia etiam Apostoli, non per Angelos sed ab ipso Deo immediate multa mysteria dicitur. Mag. 1.4. c. 1. quid fidei cognoverunt, per lumen immediate impinguatum (quod ab Angelis produci non posset) *l. 1. in Gen.* gub. & O-*vid. 1.1.* ut nec species intelligibles: vti docet S. Thoma, & consentiunt Theologi recentiores, vt Gen. 1.1. Vasquez, Abulensis, quem citat & sequitur & *l. 1. in Gen.* exemplis S. Scripturæ confirmat noster P. Pe- *l. 1. in Gen.* tratus Thyræus. Vnde Apostolus ait: Ephel. 3.10. *l. 1. in Gen.* Angelus per Ecclesiam inviuitus multis formarum sapientiam Dei: hoc est, clarius quodam qualiter circu- *l. 1. in Gen.* stantias antea illis ignotas, innotuisse mysteria *l. 1. in Gen.* fidei quoad substantiam antea illis Diuinum 6. & lac. *l. 1. in Gen.* reuelata, vt docet S. Bernardus, ep. 77. & Dio- *l. 1. in Gen.* nylius, c. 7. cœl. hier. & cum citans S. Thomas, *l. 1. in Gen.* 1. p. 9. Di. 1.1.

1. p. 174. l.p. q. 57. a. 5. ad 1. & Opus. l.c. 26. vbi ex S. Cyril-
lo docet, Angelos à Paulo prædicante, didicisse
circumstantias Euangelij & vocationis Gentium.
1. p. q. III. Quam ob causam S. Chrysostomus appellat S.

109. Paulum Angelorum Euangelistam, quia eos circa
quædam mysteria illuminauit, & t.o. 5. Orat. in
SS. Petrum & Paulum. Cælestium, inquit, agmina-

110. collaudant honesta vocibus Apostolorum Petri & Pau-

li doctrinam, quipps quorū opera dispensatio nū sibi

Gen. c. 16. mystérium innovuit: quemadmodum sua voce personat

in Psl. c. 1. Paulus, ut innoveat nunc Princeps & Potestati-

Adat. Ca- bus in Cælestibus per Ecclesiam, multiformis sapientia

Mag. Gen. col. 1. l. Mag. Dei. Quod ipsum de S. Ioanne Baptista docent

Lyr. pref. Sancti cum Soario. Quocirca falissimum est,

in Psl. omnia in veteri & noua lege, Deum per An-

Rep. cont. gelos ea reuelasse, quæ seruis suis reuelauit.

Paulus. Atque ita non sequitur, Deum Angelorum

Burgos. ministerio reuelasse S. Ignatio res Instituti So-

cietas, quamvis quædam per extrinsecas appa-

rições Angelicas reuelauerit seruis suis in ve-

teri & noua lege.

CAPVT SEXTVM.

Explicatur modus quo Deus immediatè
per se, non per Angelos, reuelauit S.
Ignatio res nostri Instituti.

Vasq. ro. 2.
in 1. p. disp.

218. c. 4.

Suar. l. 6. de

Aug. c. 16.

pl. 11. c. 5.

Abul. q. 1.

in 1. p. 1.

Reg. & co.

in 1. p. 6.

q. 2. super

c. 11. 10.

Th. l. 4.

Hier. p. 1.

in 1. p. 1.

106. 1. p. 1.

107. 1. p. 1.

1. p. 1.